

operantes deficiunt et in bono quod inceperunt non perseverant sed a domino ad diabolum se convertunt ut iudas qui ex avaricia a domino recessit vel saul qui ex superbia ut salomon qui ex luxuria ut virgines hinc oleo castitate fruentes votum violant et qui in puerticia boni sunt postea mali sunt et quidam boni in paupertate sunt mali et superbi in divitiis et multi religiosi qui in principio devoti postea frigidi. Quidam iudices primo benigni postea tyranni unde greg. Illa de nostro semper sunt grata que a bonis que cepe sunt non recedunt. **Propter hoc.** Non est beatus qui bona facit sed qui incessabiliter facit. Qui enim perseveraverit. **Sicut** autem necessarium est homini sibi cavere ne decipiat in bonis operibus sic et ne decipiat in tribulationibus. **Et** reddatur autem tribulatio hominum inutilis per quatuor que quatuor genera hominum compatitur dominus quatuor ignobilibus metallis. **Exe. xvij.** Omnes isti es stagnum plumbum et ferrum in medio fornacis. Fornax est tribulatio in qua vult dominus nos purgare ab omni peccato et preciosos efficit sicut aurum in fornace sed quatuor genera hominum ibi nihil proficiunt in merito habent laborem et tamen percipiunt premium laboris. **Luce.** Per totam noctem laboravi nihil cepimus primi sunt ut es qui dulcem habent sonum permitendo in infirmitate emendationem vite vel in tribulatione aliquid deo vel sanctis vovet et postea nihil solunt. Similes iudeis in veteri testamento qui in tribulationibus suis permiserunt vite emendationem sed post liberationem fecerunt ut ante. Similes etiam sunt tales bauro tales illuderes ut dicit iob. Ipse deludet quia si non servas quod et promisisti nec ipse tibi servabit quod tibi promisisti scilicet vitam eternam sicut fecit iudeis quibus terram promisisti si servarent quod permiserunt quod ipsi non servaverunt ideo nullus admitterum qui de egypto eriverunt intraverunt nisi duo. Et hec es secundum pharaonem est voca lissimū sic quidam promptissimi ad veniendum sed valde debiles ad solvendum sicut campana et vasa erea de facili franguntur. **C** Sed sunt ut stagnum quod raucū habet sonum sic ipsi in tribulationibus murmurant ut filii israhel qui graviter dominum offenderunt in deserto per murmuraciones suā et ideo multo pluciter eos puniuit murmur quod fit contra ea que deus facit vel infligit nihil prodest homini sed valde nocet non enim propter murmur cessat tribulatio sed quod prodest merito sicut de merito patienter em sunt fla-

gella tolleranda exemplo christi. **psa. l.** Ego quasi agnus. **Et** exemplo omni martiris qui quod gravia proferunt de quibus cantatur non murmur resonat. **Et** exemplo eorum qui propter murmur sunt puniti ut multitudo filiorum israel qui perierunt in deserto. **vn. augustinus.** Sicut celestis medicus quid nobis daturus ad consolationem et quod nobis subtrahatur ad emendationem. Non ergo murmurandum est contra flagella quod valde multiplicat gaudia celestia unde sicut scilicet passionum estis. **Et** ideo qui murmurat de tribulatione sua signum est quod se ipsum non diligit vel quod inflammat vel quod vacuo sit a gratia sicut olla vacua que ad ignem crepat quia si plena esset non creparet magni dei donum est cum dat homini paciam in tribulatione ut patet in beato iob. **¶** Triplex est pacia hominum in tribulatione quedam incipientium quedam proficientium quedam perfectorum. Incipientium est sustinere mala que in eis inferunt patienter qui dicere possunt illud apostoli Tribulationem patimur sed angustiamur scilicet per impatientiam proficientium scilicet et sustinere mala non solum patienter sed etiam libenter qui dicere possunt cum apostolo. Ego libentissime impendam et super impendat ipse pro amabus vestris. perfectorum autem non est solum sustinere libenter sed etiam gaudenter. Quia ibant gaudentes a conspectu concilii sed quomodo deo cognoscitur perfecta patientia. **¶** Respondet pro tria primum est quando patienter letatur cum ei mala inferuntur. Secundum est cum inferenti compatitur et beneficium orationis doni vel obsequii ei largitur tertium est etiam regratiatur de primo actu. **¶** Ibant apostoli gaudentes de scilicet petri. **¶** In patientia pie tatem luce vi. **Benefacite** his qui oderunt Diligite inimicos vestros. De tercio exemplum habemus in thobia qui in dei timore permansit gratias agens deo omnibus diebus vite sue. **Et** beatus laurentius Gratias tibi ago domine ihesu christe quia hostia tua efficit merui. **¶** Tercij sunt ut ferrum quod sustinet percussiones sed tamen sicut malleus multo plus quod percussum fuerat repercutit sine misericordia sic quidam pro uno verbo infectionis vel maledictionis reddunt quinq; vel decem vel mortem si uno die lesi sunt detrahunt per decem vel viginti septimanas imo et pro verbo et pro modica iniuria hominem occidunt. **¶** **E** Sed dices deus qui summe bonus est se vin dicat de suis inimicis ergo si in hoc ipsum non malefacit. **¶** Respondet vult deus ut ipsum iniurem in his que iuxta vel scilicet humanitate quod fecit in terzis non in his quod secundum divinitatem